t

Estado de Hijar.

Leg. 7 — N. 25 F

Fha: 17 de Mayo de 1487.

Obligazion

hecha por el Convento, y Religiosos de S.n Agustin de Zarag.a de Celebrar un Aniversario anualm.te por la Alma de D.a Catalina de Beumont, Duq.sa y S.ra de Hijar, por la Caridad de 200 ʃ que havian de ypotecar: testificada por Pedro la Lueza, Notar.o de Zarag.a en ella à 17 de Mayo de 1487.

GOBIERNO DE ARAGON

Teniendo presente la carta de Dn Joseph Armero Administrador de Palma con fecha de 18 de Abril del corriente año sobre tierras que deja el Rio Genil y aprovio que aquella Justicia intenta azen-se, a efecto de que se conzeda a favor de su Exa consta lo siguiente

Por el privilegio rodado del Sr Rey Dn Alfonso de ~~30 de Henero~~ 8 de Desiembre hera de 1389 que corresponde al año de 1351 consta, averle donado con el señorio justicia y todos los otros pechos fueros y derechos que Su Magestad tenia y aver podia con sus ter-minos, Montes prados pastos Aguas corrientes y estan-tes con el Almojarifasgo, con la facultad de poner

[illegible] privilegio [illegible] despues

GOBIERNO DE ARAGON

Estado de Hijar
a 17 de Mayo 1487

†

Obligacion hecha por el convento y Religiosos de S.t Agustin de Zaragoza de celebrar un aniversario annualmente por el alma de D.na Cathelina Beomont Duquesa y Sra. de Hijar por la cantidad de dos sueldos que avian de Hipotecar testificado por Pedro la Rueza Notº de Zaragoza en ella a 17 de Mayo 1487

GOBIERNO DE ARAGON

Jhs

In dei nomine et sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti ad laudem et gloriam eiusdem omnipotentis dei omnibus pateat evidenter Quod convocato et congregato capitulo venerabili
um patrum dominorum prioris et fratrum conventus monasterii beati Augustini civitatis Cesarauguste ad sonum campane ut moris est dictum capitulum convocari et congrega
ri et hoc mandato prioris dicti monasterii Et congregato dicto capitulo in capella vulgariter vocata beate Marie de Valverde dicti monasterii ubi alias
pro talibus et similibus actibus et negociis dicti conventus tractandis et utiliter peragendis solitum est convocari et congregari In quo quidem capitulo hii qui
sequuntur interfuerunt videlicet Nos frater Petrus Ferriz licenciatus in sacra theologia Prior dicti monasterii magister Johannes de Villareal sacre theolo
gie professor frater Petrus Mediana frater Johan[illegible]maneth frater Martinus Dotal frater Bernardus Gualiz frater Dominicus Adam frater Pascasius
Ibro frater Johannes Castillo frater Petrus Quad[illegible] frater Martinus Roman fratres dicti monasterii et de se totum conventum et capitulum dicti
monasterii unanimes concordes propter devotionem et cordialissimum amorem et affectionem quem vos illustrissima domina domina Catherina de Beamunt
Ducissa et domina de Foix uxor illustrissimi viri domini Johannis ducis et domini de Foix erga beatam ecclesiam monasterii beati Augustini a
longis temporibus gessistis gessistisque eciam de presenti et in futurum Et ex eo eciam ut divinum officium decorius celebretur dedistis dicto mona
sterio sive conventui et capitulo dicti monasterii ducentos solidos iaccenses pro emendo certum tributum pro dicto monasterio et conventu Et ne
dum ista set eciam majora deo favente proficuum et utilitatem dicti monasterii conventus et capituli beati Augustini certum ita facere intendi
tis pro quibus et aliis vos illustrissima domina estis laudabiliter comendanda et premium condignum non solum a deo set eciam a nobis et suc
cessoribus nostris merito obtinere debeatis presertim quia in beneficiis caritatis illis primo loco tenemur obnoxii a quibus beneficia dignoscimur recepisse Pro tanto moti ex hiis et aliis nos ad hec racionabiliter inducentibus cum hoc presenti publico instrumento suo pleno robore ubique
perpetuo firmiter valituro gratis et ex certa sciencia bonoque animo et gratuita voluntate capitulantes et capitulum facientes celebrantes et
representantes omnes concordes unanimes et nemine nostrum discrepante nec contradicente per nos et nostros in dicto monasterio successores
In remuneratione predictorum promittimus et nos obligamus vobis dicte domine Ducisse et vestris successoribus unum perpetuum celebrare
et cantare aniversarium anno quolibet in dicto monasterio in crastinum diem post festivitatem sive dominicam trinitatis vel hoc cum ves
peris defunctorum in dicta dominica trinitatis et in alia sequenti die cum missa alta cantata de requiem cum diacono et subdiacono ac tumulo
de cos present et quinque cereis cere ardentibus ac campanis pulsantibus et cum responsis et orationibus assuetis et eciam cum ea solemnitate qua
simili sunt solita pro animabus vestre illustrissime domine Ducisse parentumque vestrorum et omnium fidelium defunctorum promittentes nomi
ne et vice tocius dicti capituli et conventus vobis dicte domine Ducisse absenti tanquam presenti necnon et notario infrascripto tanquam publice et
auctentice persone pro vobis et pro aliis eciam personis quarum interest et intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum per nos et
nostros in dicto monasterio successores predicta perpetuo inviolabiliter facere et adimplere sub obligatione omnium bonorum et iurium dicti
monasterii habitorum et habendorum ubique In cuius rei testimonium hoc presens publicum instrumentum per notarium infrascriptum
fieri et tradi iubemus ad memoriam rerum gestarum in futurum habendam Que fuerunt acta in civitate Cesarauguste die dominica septima men
sis madii anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio presentibus testibus ad predicta vocatis rogatis et specialiter assumptis
Reverendo magistro Joanne Rovira in artibus et sacra theologia magistro vicario ville de Ycar et honorabile Joanne Perez de Olivan mercatore civium dicte civitatis
prefate civitatis Cesarauguste :- ✝



Signum mei Petri Lalueza notarii publici civitatis Cesarauguste auctoritate qua Regia per Aragonum et Valencie Regna Qui predictis una cum prenominatis testibus interfui eaque in pergamenum scripsi et in pergamenum scribi feci Et clausi :- ✝

Leg. 7. N. 25 F

Obligacio facta per convetum
beati Augustini de celebrando
anno quolibet unum aniversa
rium pro anima Ill^me d. Cather
[illegible]
ne de Jxas

... N. 1 4 2

Nº 17
Lig A
Lig 13
f. 11